



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum in Deo sit virtus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

non dependet ex alia causa nisi ex sola Dei voluntate, unde ea quæ ad principium mundi pertinent, demonstratiue probari non possunt, sed sola fide tenentur prophetice per spiritum sanctum reuelata: sicut Apostolus post præmissa verba subiungit, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum sanctum. Est autem valde cauendum, ne ad ea quæ fidei sunt, aliquas demonstrationes adducere præsumat propter duo. Primo quidem, quia in hoc derogat excellentiæ fidei, cuius veritas omnem rationem humanam excedit secundum illud eeccl. 3. Plurima sensuum hominis ostensa sunt tibi: quæ autem demonstratiue probari possunt, rationi humanæ subduntur. Secundò, quia cum plerumque tales rationes frivola sint, dant occasionem irrisionis infidelibus, dum putant quod propter rationes humanas, his quæ sunt fidei assentiamus, & hoc expresse apparet in rationibus hic inductis, quæ derisibiles sunt, & nullius momenti.

Quod enim primo inducit de cereo paschali, non habet robur, nisi auctoritatis probare autem per auctoritatem, non est demonstratiue probare, sed fidem, vel opinionem facere: & tamen multo esset ualidior auctoritas sacre scripturæ, quam benedictio paschalis cerei, præsertim cum sine ascriptione annorum mundi cereus paschalis benedici possit. Nō enim est de necessitate paschalis cerei talis ascriptio. Unde in multis terris non est consuetum, quod aliquid cereo ascribitur.

Quod etiam secundo opponitur, derisibile est: non enim ex crescentiæ annorum lunarium ad solares computantur ab initio mundi, sed ab aliqua determinata radice, puta, ab aliqua oppositione solis & lune, vel ab aliqua coniunctione, vel ab aliquo huiusmodi, sicut est in omnibus aliis computationibus astronomicis.

A ret trib. personis. ergo est nomen essentiale: sed nolum essentiale multiplicatur in diuinis. ergo non possumus dicere quod in Deo sint plures idee.

RESPON. Dicendum, quod duplex est pluralitas. una quidem est pluralitas rerum, & secundū hoc non sunt plures idee in Deo. Nominat enim idea formam exemplarem. Est autem una res quæ est omnium exemplar. I. diuina essentia, quam omnia imitantur, in quantum sunt, & bona sunt. Alia uero pluralitas est secundum intelligentiæ rationem, & secundum hoc sunt plures idee: licet enim omnes res in quantum sunt, diuinam essentiam imitentur, non tamen uno & eodem modo omnia imitentur ipsam, sed diuersimode, & secundum diuersos gradus. Sic ergo diuina essentia secundum quod est imitabilis hoc modo ab hac creatura est propria ratio, & idea huiusmodi creature, & similiter de aliis: unde sicut in hoc sunt plures idee secundum quod intelligitur diuina essentia secundum diuersos respectus, quos res habet ad ipsam, eadem diuersimode imitantes: huiusmodi autem respectus non solum intelliguntur ab intellectu creato, sed etiam ab intellectu increato ipsius Dei. Scit. n. Deus & ab æterno sciuit, quod diuersæ creature diuersimode essentiam imitaturæ, & sicut in hoc ab æterno fuerit in mente diuina plures idee, sicut rationes propriæ rerum intellectæ in Deo. Hoc enim significat nomen idee, ut sit. sicut quæ iam forma intellectæ ab agente, ad cuius similitudinem exterius opus producere intendit, sicut edificator in mente sua præcipit formam domus, quæ est quasi idea domus in materia hęc.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. intelligit esse aliam & aliam rationem secundum diuersitatem respectuum, ut dictum est.

Ad II. dicendum, quod cum dicitur. Secundū hoc res sunt distinctæ, prout Deus earum distinctionem cognoscit, hæc locutio est duplex: quod enim dicitur, secundum quod Deus cognoscit, potest referri ad cognitionem diuinam ex parte cogniti, uel ex parte cognoscentis. Si ex parte cogniti, sic uera est locutio: est enim sensus, quod hoc modo res sunt distinctæ, sicut Deus cognoscit eas esse distinctas. Si uero referatur ad cognitionem ex parte cognoscentis, sic locutio falsa est: erit enim sensus, quod res cognite illum modum distinctionis habent in intellectu diuino, quem habent in seipsis: quod falsum est, quia in seipsis res sunt diuersæ essentialiter, non autem in intellectu diuino, sicut et res in seipsis sunt materialiter, in intellectu autem diuino immaterialiter, & in hoc ultimo sensu procedebat obiectio.

Ad III. dicendum, quod ratio illa procedit de pluralitate reali, talis enim pluralitas in nominibus essentialibus non inuenitur, sed solum pluralitas quæ est secundum intelligentiæ rationem.

QVÆSTIO II.

DEINDE quæsitum est de pertinentibus ad potentiam Dei.

- ¶ Et primo, Vtrum in Deo sit uirtus.
- ¶ Secundo, De quodam effectu diuinæ uirtutis, utrum saque sint super caelos.
- ¶ Tertio, Ad quod uirtus diuina se extendere possit.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sit uirtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod in Deo non sit uirtus, quia ut Phil. dicit in 1. de celo.

1. d. 36. q. 2. d. ar. 100. a. 139.

2. p. q. 2. ar. 1. 2. & cõtra 1. 4. 93. q. 4.

INCIPIT QVODLIBET QVARTVM.

QVÆSTIO PRIMA.



QVÆSTIVM est de rebus diuinis & humanis.

- ¶ Circa res diuinas quæsitum est.
- ¶ Primo, De essentialibus.
- ¶ Secundo, De personalibus.
- ¶ Circa essentialia quæsitum est.
- ¶ Primo, De scientia Dei.
- ¶ Secundo, De eius potentia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Deo sint plures idee.

CIRCA scientiam quæsitum est, utrum in Deo sint plures idee: & ut quod sic. Dicit. n. Au. 1. 83. q. quod Deus singula propriis rationibus creati, & alia ratione hominem, & alia ratione equum: sed rationes rerum in mente diuina dicuntur idee, ut patet per Aug. ibidem. ergo sunt plures idee.

¶ Præter. Secundum hoc iunt aliqua distincta, quod Deus earum distinctionem cognoscit: cognoscit autem earum distinctionem in seipso. ergo distinctarum rerum sunt in Deo plures & distinctæ idee.

SED CONTRA. Oñ nomen quod in diuinis dicitur, aut est essentiale ut Deus, aut personale ut pater, aut notionale ut generans: sed hoc nomen idea neque est personale, neque notionale, quia non conueni-

in celo. Virtus est ultimum potentia: sed diuina potentia non habet ultimum, cum sit infinita. ergo in Deo non est virtus.

SED CONTRA. Omne immediatum operationis principium, virtus est. Operatio enim omnis a virtute aliqua procedit: sed in Deo est aliquid immediatum operationis principium, quia Deus immediate aliqua operatur: ergo in Deo est virtus.

RESPON. Dicendum, quod virtus qualitercumque accipitur, significat potentie complementum: & inde est, quod virtus vniuscuiusque rei est quae bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, ut dicitur in 2. eth. Tunc enim ostenditur potentia esse completa, quando & agens est perfectum, & actio perfecta. Cum ergo potentia Dei sit maxime completa, potissime in Deo virtus inuenitur: unde dicitur Sap. 12. Virtutem ostendis tu, qui non crederis in virtute consummatus. & in psal. 146. Magnus dominus, & magna virtus eius.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quandoque virtutes notificantur non per aliquid quod de virtute essentialiter predicatur, sed per id, ad quod virtus ordinatur: ab eo enim speciem habet, sicut Augustinus dicit, quod fides est credere quod non vides. Credere enim non est ipsa fides, sed actus, ad quem fides ordinatur. & hoc modo philosophus diffinit virtutem cum dicit, quod virtus est ultimum potentie, quia. si virtus rei attenditur in ordine ad hoc, in quod ultimum potest, sicut virtus eius quae potest ferre centum libras, ut ipse ibidem dicit, non consistit in hoc ut ferat decem: sed in hoc quod ferat illud ultimum, in quod ultimo potest, scilicet centum. Sic ergo virtus cuiuslibet rei non attenditur in uno eorum quae potest, sed respectu totius quod potest. Virtus ergo diuina non potest attendi secundum aliquod unum opus ipsius, quia nullum opus eius est quod adaequet eius virtutem, ut Deus amplius facere non possit, sed virtus eius attenditur secundum totum in quod potest, hoc autem est infinitum, quia. si Deus infinita facere potest, unde & virtus Dei est infinita, & hoc est ultimum eius, infinita posse, sicut virtuti finitae est ultimum, aliqua determinata posse.

ARTICVLVS III.

Utrum aqua sint super caelos.

q. 140. & i. p. q. 66. ar. 2. b.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod aquae habentes veram speciem aquae elementaris super caelos existant. Homo enim dicitur minor mundus propter similitudinem quam habet cum mundo maiori: sed videmus quod in corpore humano supponitur cerebro, quod habet naturam aquae: cordi, quod habet proprietatem ignis, inquam est fons naturalis caloris: ergo etiam in mundo maiori aqua supponitur aliis elementis, & haec ratio videtur Augustini in 12. de ciu. Dei, ubi dicitur de quibusdam, quod ponderibus elementorum mouentur. & ideo non putandum aquarum fluidam grauemque naturam in superioribus mundi locis potuisse consistere, quae secundum rationes suas, si ipsi hominem facere potuissent, non ei piruitam, quod graece flegma dicitur, & tamquam in elementis corporis nostri aquarum vicem obtinet, in capite ponerent.

SED CONTRA. Partes mundi sunt optime & ordinatissime dispositae secundum suam naturam: sed id quod habet speciem aquae, naturaliter est ponderosum, & ita naturaliter subsidet corporibus leuibus aeri, & igni. non ergo aliquid habens veram spe-

ciem aquae, supra caelos existit.

RESPON. Dicendum, quod in sacra scriptura, quae mentiri non potest, expresse dicitur, aquas esse supra caelum. Dicitur enim Gen. 1. quod diuisit aquas quae sunt sub firmamento ab aquis, quae sunt supra firmamentum. & in psal. 148. dicitur. Aquae sunt super caelos, laudent nomen Domini: & ideo sicut Augustinus dicit in 2. super Gen. ad litteram. Quoquo modo, vel qualescumque aquae ibi sint, esse ibi certum minime dubitemus. Maior quippe est scripturae huius auctoritas, quam omnis humani generis capacitas: sed sicut Augustinus in eiusdem libri dicit. Turpe est nimis & pernitiosum, atque maxime cauendum, ut Christianum de his rebus, scilicet naturalibus, quasi secundum christianas literas loquentem ita delirare quilibet infidelis audiat, ut quemadmodum dicitur toto caelo errare conspiciens, risum tenere non possit, & non tam molestem est quod errans libenter derideretur, sed quod auctores nostri ab eis qui fons sunt, talia sensisse creduntur, & cum magno eorum exitio, de quorum salute fatigamus, tamquam in dodi reprehenduntur atque respuunt: & ideo sicut ipse subiungit multiplices expositiones ipse posuit in verbis Genesis, ut sic accipiat una expositio, quae alteri expositioni non preiudicet, quae fore melior est. Sic ergo quod dicitur de aquis supra caelos existentibus, multipliciter intelligi potest. Vno modo, ut per firmamentum, vel per caelos non intelligamus firmamentum, vel caelum, in quo sunt sidera, sed aerem, in quo aues volare dicuntur, supra quem aerem aquae uaporabiliter eleuantur, & cum de pluuia generantur: & de hac expositione dicit Augustinus in 2. super Gen. ad litteram. Hanc considerationem dignissimam iudico. Quod enim dicitur, neque contra fidem est, & in promptu posito documento credi potest. Si autem per firmamentum vel caelos intelligatur firmamentum ubi sunt sidera posita, sic sciendum est, quod de hoc firmamento diuersae opiniones fuerunt. Quidam enim posuerunt firmamentum illud ex quatuor elementis compositum, quae videtur esse positio Empedoclis: & sicut hoc nihil prohibet dicere, supra hoc caelum siderum esse aquas elementares tamquam simpliciores, & super eas etiam ignem, a quo uocet caeli empiricum. Aliorum autem positio est, quod caeli uel sit ignea natura sicut posuit Plato, uel non sit de natura quatuor elementorum, sed habens alio rem naturam, sicut posuit Aristoteles. Vtroque istorum supposito inconueniens uidetur supra firmamentum illud aquam elementarem materialiter esse dispositam. Nunc. n. sicut Augustinus dicit in 2. super Gen. Quomodo Deus instituerit naturas rerum nos conuenit querere, nunquid in eis, uel ex eis intractabili potentiae suae uelit operari, sed in aliquales aquas supra huiusmodi firmamentum ponere possumus. Vno modo, ut per aquas intelligamus totam materiam corporalem, sicut accipitur in principio Gene. secundum expositionem Augustini. & ideo secundum hunc intellectum non est aliud dicere, quam aliquid de materia corporali super hos caelos existere, & hoc est a dictis philosophorum modernorum non discordat, qui ponunt supra octauam sphaeram, in qua sunt stellae, aliam sphaeram, in qua nulla stella. & hanc expositionem ponit Augustinus super Gen. contra Machiocos. Alio modo potest dici, quod sicut caeli empiricum dicitur igneum, non quia habeat speciem ignis, sed propter splendorem: ita et aquae super caelos dicuntur, non quia habeant speciem aquae, sed quia habent diaphanitatem ad modum aquae, ut sic